



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Qui potestatem habeant eligendi. §. 1

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

obit ob hanc societatem laicum gaudere privilegio semestri in presentando, quod Ecclesiasticis conceditur. Ergo etiam p si debet incommodum derogationis. Non inquam obit, nam praterquam quod non est certum, laico in tali casu esse concessu semestri; non inde inferri debet ob societatem clerici pati debere derogationem; facilius enim ex societate privilegia acquiruntur, quam incommoda imponuntur; quia privilegiorum acquisitio, excusat laicos ad Ecclesiarum fundamentum, derogatio vero privilegiorum illos retrahit. Contentiens ergo erat, vt ex societate cum clericis nullum ius laicis amitteret, tamen clericorum privilegia illi communicarentur, & ita docent post alios antiquiores, quos tradunt Cou. *prax. quest. c. 36. n. 5. vers. oportum.* Azor. 2. *inst. moral. lib. 6. c. 26. q. 5.* Lessius *d. cap. 34. dub. 9. n. 40.* Valq. *opus. de benef. c. 2. §. 1. dicit. 9. n. 24.* Gonzales *gloss. 18. à num. 12.*

7 Verum si patronatus ex maiore parte Ecclesiasticus sit, vt si pertineat ad decanum Ecclesie, & priorem alicuius monasterij, & ad Petrum laicum: tunc censet Couar. Azor. Lessius, Gonzal. Valq. & alij derogari ac si solum Ecclesiasticum esset. Tum quia vere Ecclesiasticum est: denominatio enim à maiore parte desumitur. Qua ratione Barr. *in l. sodales n. 14. c. 1. ff. de collegiis illicitis.* Felinus *c. ex litteris. num. 3. de consuet. dicitur vniuersitatem scholarium maiore parte clericorum constantem Ecclesiasticam esse, non laicam.* Tum quia maior pars patronorum trahit ad se minorem, ita vt contentencie illa maiore parte, quamuis minor dissentiat, non obstat prouisioni. Ergo derogato iure maioris partis, absolute censetur minoris partis iuri esse derogatum. Neque inde fit aliqua iniuria laico patrono, cum ipsius ius non derogetur directè, sed indirectè ad derogationem Ecclesiasticis iuris dicitur, & potentioris, sicut non derogatur iuri minoris partis patronorum, si maior pars in alium consentit.

8 Rufus dubitabis, an per clausulam generalem derogatum censetur ius patronatus laicis competens ex privilegio, prescriptione, aut consuetudine? Suppono omnia hæc iura sublata esse à Trid. *sess. 2. c. 5. n. 9.* nisi patronatus sit super cathedrali Ecclesiam, vel regibus, & gnaque possidentibus, iuramentisque principibus competens, aut in fauorem studiorum generalium concessum, vt latius supra diximus. Sed dato esse aliqua iura patr. præter supradicta, communior sententia docet derogatum esse absque speciali derogatione, ac si Ecclesiasticis patronatus iura forent. Quia cum in his casibus nihil ex suo laici conuenerint, eadem mensura, ac Ecclesiastica iura de illis esse iudicandum: sic docet Cou. *d. c. 36. n. 6.* Gonzal. *gloss. 18. n. 18.* Azor. 2. *p. inst. moral. l. b. 6. c. 23. q. 4.* Lessius *lib. 2. c. 34. dub. 9. n. 42.* Valq. *opus. de benef. c. 2. §. 1. dub. 10.* Adduntque Lessius, Valq. & Couartu. non solum Pontificem, sed & legatum à latere huic patronatus iuri derogare posse, sicut & potest Ecclesiastico & colligitur ex *c. cum dilectus. de offi. io deleg. cum dil. c. de iure patronat.* Cæteri vero prælati inferiores neque huic iuri, neque alteri Ecclesiastico iuri derogare possunt, quia privilegiis à iure concessis nequit Episcopus derogare.

9 Sed quid dicendum, cum beneficium litigiosum erat in curia; potestne tunc Pontifex illud prouidere cui voluerit absque diminutione iuris patronatus? Affirmat Cassador. *de offi. 3. rit. vt lites pendente.* Gomezius *in reg. Cas. cell. d. imper. n. per obitum famul.* Cardinal. *q. 8. n. 7.* Azor. 2. *p. inst. moral. lib. 6. cap. 23. q. 8.* Mouentur, quia beneficio vacante in curia, si litigiosum sit tempore vacationis, non potest nec presentari, nec eligi, nec conferri ab illis, qui alius ius habent nominandi, eligendi, vel conferendi, vt expressè habetur *elem. 1. vt lites pendente. c. cap. 1. c. 2. eodem rit. in 6.* sed secluso hoc iure nulla interrogatur patronus iniuria, ex eo quod Pontifex tale beneficium prouideat. Ergo prouidere potest absque derogatione iuris patronatus.

Cæterum pro clariori huius questionis intellectu varios casus potestè distinguit Couartu. *suprad. c. 36. à n. 1.* Primus est, cum duo sunt presentati, neque vltus est institutus, & litigent super beneficio, non poterit Pontifex tale beneficium prouidere; tamen vtique in cura moriatur. Quia nulla est vacatio beneficij, cuius nulla est institutio, & consequenter non est Pontifici reseruata, neque est locus *elem. 1. vt lites pendente.* sic Gloss. *ibi verbo cellaro. in princ. Bonifac. n. 4. c. collectari. in cap. necedens de concess. præbenda.* Secundus casus (inquit Couartu.) contingit si lis in curia Romana tractatur inter duos presentatos, & institutos, & vtique moriatur Romæ, vel possessor beneficij Romæ, & alius extra; tunc poterit Pontifex beneficium prouidere, si ad patronatum Ecclesiasticum pertineat, quia est locus *d. ita elem. vt lites pendente,* & eius reseruatiõni. At si beneficium sit iuris patronatus laicorum, nequaquam poterit Pontifex absque expressa illius derogatione prouidere; quia tunc pertinet ad patronos laicos eius presentatio, cum absolute beneficium vacet, & lis omnino finita sit morte vtiusque litigantis: probaturque *text. in d. elem. 1. vt lites pendente.* in prima eius parte. Tertius casus specialiter controversus est, cum lis agitur in curia Romana inter duos presentatos à patronis discordibus, & alter Romæ, vel alibi moriatur, altero superstitè remanente; an tunc Pontifex possit conferre beneficium su-

perillu colligantur, vel alteri tertio absque derogatione expressè iuris patronatus? Quo in casu Ioann. And. Card. Carlar. Lambertini. relati à Couar. *præd. q. d. 36. n. 7. vers. tertio quandoque.* tenentur dicere nequaquam posse; quia ipsi existimant posse patronos loco mortui alterum presentare, neque impediri obitus presentiam, quoties ab eis presentatus institutus non est; quia lites pendencia solum impedit nouam electionem, vel collationem non autem presentationem: quia de presentatione non loquitur *text. in c. 1. c. 2. vt lites pendente. lib. 6.* Cum autem Pontifex laicorum patronatus non censetur derogare, nisi exprimat, efficitur non posse de hoc beneficio prouidere.

Aliter Couartu. alios referens in supradicto casu procedit. Affirmat namque lites pendente nequaquam posse à patrono alterum presentari, sed omnino impediri ob lites pendenciam. Nam *text. in c. 2. vt lites pendente. lib. 6.* loquitur expressè non solum de electione, sed etiam de presentatione. Ipsi *vel etiam præsentetur.* impeditque ne lites pendente alius loco mortui, vel ius cedentis eligatur, vel presentetur, & quæque lis finita sit. Et rationem subdit, ne lites propagentur cum damno Ecclesie. Quapropter esto patronus, siue laicus, siue Ecclesiasticus, possit mortuo presentato alium presentare; quia cessat presentatio. At si lis agitur eo tempore inter presentatum ab ipso, & presentatum ab alio, non poterit loco primi mortui alium presentare, siue mortuus fuerit institutus, siue non; quia non poterit alium colligantem subrogare: esset enim viam litibus aperire, & litigia in dispendium Ecclesie prorogare; potest tamen Summus Pontifex, etiam absque consensu patroni, subrogare colligantem, vt loco defuncti litem proficiatur ab eo statu, in quo ius remansit tempore vacationis. Pontifex vero non potest, speculo iure communi, beneficium alteri tertio, vel colliganti prouidere, quin prius definitur iuri, vt habetur expressè *elem. 1. vt lites pendente.* Nam ex definitione litis constare debet, cui competat beneficium; si enim pro defuncto fertur sententia, prouidendum est, vt omnino vacans. Et idem est, si defunctus fuerit ad neutrum ex presentatis pertinere. At si sententia pro litigante iuperstitè feratur, alle iudicandus est, si institutus non fuerit, vel si iam fuerit institutus, confirmandus.

PUNCTVM XI.

Qua ratione electione, illiusque confirmatione beneficium acquiratur.

Hæc vltique diximus de presentatione, quæ est primus modus acquirendi beneficium, subsequitur secundus, qui est electio, & illius confirmatio. Electio, si proprie sumatur, solum est de Ecclesia pastore destituta, vt satis colligitur ex *cap. propter de elect. ibi; Ecclesiis viduaris.* Ecclesia autem vidua non est, nisi suo psonlo, hoc est pastore fuerit opata. Quapropter electio ad aliquem canonicum, vel dignitatem alicuius Ecclesie Collegiate, vel Cathedralis, etiam si communibus canonicorum suffragis fiat, non est propria electio, de qua *in c. quia propter de elect.* Neque opus est formam ibi prescriptam ad vnguem seruari, nisi forte talis canonicus, vel dignitas simul sit Ecclesie Cathedralis, vel collegiate pastor. Verum vt materia electionis proficua sit, restat examine difficultates, quæ communes sunt tam electioni presentatum, quam cuiusvis alicuius beneficij, aliqua tamen de antiqua presentatum electione subicientes.

§. I.

Qui potestatem habeant eligendi.

- 1 Distinguitur hæc potestas iuxta diuersa tempora.
- 2 Quibus canonicis in cathedralibus, & collegiatis compariari eligendi.
- 3 Debet canonicus esse presens, & qualiter si in eodem episcopo sit, possit suum suffragium alteri committere.
- 4 Qualiter electores possint secum alios externos ad eligendum admittere.
- 5 Qui ab electione excludantur.

SI tempora antiqua spectemus, tum clero, tum populo commissa fuit Episcoporum electio, vt constat ex *c. cum longè in fine. 63. dist. &* tradit Petr. Greg. *ad decretal. tr. de dist. c. 1. n. 10. c. 16.* aliqua tamen differentia. Nam primis temporibus vtique æquanimiter hæc electio, & nominatio competeat. *c. Episcopus. cap. lectus. 63. dist. c. factus. 7. q. 1.* Postea vero tempore Stephani Papæ solum populo committebatur approbatio, clero vero dabatur electio, *c. nescit. cap. vna. 63. dist.* Deinde hæc potestas regibus, & iuramentis principibus concessa fuit, vt constat ex *cap. Adrian. 2. 63. dist.* At animaduertere Ecclesiasticis ex hac electione, approbationeque populi, vel presentatum secularium inconuenientia oriri, concessam, vel presentatum populo, principibusque secularibus potestatem reuocant. *cap. non est permittendum. 63. dist. &* solum collegio

in collegiatis, & capitulo in cathedralibus hæc potestas concessa est. *cap. in general. cap. congregatio. cap. quia proprius. & alius pluribus de electione. & cap. congregatio. 16. quæst. 7.* Nouissime vero Pontifex ob discordias, & continuas lites, quæ ex his actionibus Episcoporum factis à capitulo orbentur. sibi has electiones retinuit, vt constat ex *extravag. ad reprimendum. de præbend. & ex reg. 1. & 3. cancell.* Quapropter iam ab Ecclesia recessit materia electionis, vt testatur, aliis relatis, Garcia 4. par. de benef. cap. 1. num. 11. Aug. Barbosa 1. p. de potest. Epif. cap. tit. 1. cap. 3. num. 27. Solum in Germania consuetudo antiqua electionis videtur retineri, vt affirmat Azor. 2. 1. in situ. moral. lib. 3. cap. 28. quæst. 3. Neque ob hanc reservationem adempta est Regibus Galie, Flandrie, Hispania potestas nominandi clericum in Episcopum. vt à pontifice instituitur, vt late expendit Barbosa *supradictio loco 2. posito* quod capitulo in cathedralibus, & collegio in collegiatis ius eligendi prælatum competat, expiandum est quibus personis talis collegij, & capituli competat. Primo enim debet esse canonicus, hoc est de collegio, seu capitulo saltem quod illius pacificam possessionem, tametsi proprietatem non habet, *cap. in general. de elect. cum olim. de causa poss. & propriis.* Alij autem beneficia, qui canonici non sunt, neque vocem habent in capitulo, ius eligendi non habent, scilicet in consuetudine, seu præscriptio-
*ne. Cuman. de elect. & ibi gloss. verbo consuetud. cap. cum in Ecclesiis de præbend. in 6. & tradit alios referens. Azor. 2. 1. in situ. moral. lib. 6. cap. 1. quæst. 6. August. Barbosa 1. p. de potest. Epif. tit. 1. cap. 3. num. 1. & 17. Dixi. scilicet consuetudine. nam clarum est, si consuetudo legitima sit præscripta posse, virtute illius clericis aliarum Ecclesiarum, vel extraneos ad colligendum admittit: quia consuetudo, seu vt melius dicam præscriptio vim habent abrogandi legem, & concedendi ius alio non habentibus. Et probat text. c. cum Ecclesia. de causa poss. & pr. priet. ibi. nisi alibi secus ordinat. de consuet. special. & cap. cum dilect. ver. mandamus. de consuetud. & tradit Azor. *supra. & Barbosa num. 15.**

Ex quo fit dignitates, quæ non sunt de communi mensa, neque hoc capellanos, seu mansionarios vocandos esse ad hanc electionem, vt aliis relatis tradit Barbosa *supra.* Dixi, qui vocem habeat in capitulo. vt excluderet ab hac electione canonicos Ecclesiarum cathedralium, vel collegiarum, qui subdiaconatus ordine indigni non fuerint, iuxta *clm. vi. de arate. & qualitat. & tradit Indent. sess. 22. cap. 4. de reformat.*

Secundo debet esse præsens, nam si absens est, non potest suum suffragium ferre, *cap. si quis in isto de election. in 6.* Neque item potest extraneo committere reclamante capitulo, vt nomine suo suffragium ferat, vt habetur in *supra. cap. si quis in isto. & tradit Gloss. in cap. quia proprius. de elect. verbo venire non poss. Vnde soam personis de capitulo vices suas potest committere in qua commissione si plures procuratores designet, debet quemlibet in solidum designare, ne contingat eos sua vota in dueros dirigere, alias nulla erit talis designatio, illis autem in solidum designatis ille admittendus est, qui prima peruenit admittit. Verum si plures simul concurrant, & possint se admitti, audite eos non expedit, quia possent vota sua dirigere in dueros, sicque res non haberet exitum, & quod ab eis hoc casu fieret non valeret: sed is admittatur dumtaxat, quem capitulum, vel maior pars elegerit, vel si concordare nequeant, is qui primo in instrumento, vel literis procuratoris extiterit nominatus. Porro cum vnus est procurator simpliciter constitutus, si is vnus suo, & a iure domini sui nomine in secretum nominandum duxerit, nihil agit, nisi de certa eligenda persona sibi dominus dederit speciale mandatum. Tunc enim in illam eus, & in aliam suo nomine poterit conferre. Hæc in *suprad. cap. si quis in isto.* Quod si in eodem opido, vel conuobio, in quo celebratur electio, præsens sit aliquis ex electoribus, impeditur tamen ob infirmitatem, ne possit in vnum cum aliis electoribus conuenire, tunc potest suffragium suum dare & electores tenentur ab eo petere vel si magis placeat potest ex electoribus vnum vel plures sibi substituere: sic relato Aug. *verb. elect. num. 17.* notauit Azor, 2. p. in situ. moral. lib. 6. cap. 1. quæst. 7. in fi.*

4. Dubium tamen est, an possint electores canonici alios extraneos secum ad eligendum admittere, ita vt electio cum illis facta sita sit & rata; Et quidem si in perpetuum admittant, nulla est admissio, neque electio inde proveniens: quia nequeque canonici potestatem eligendi perpetuum clericis communicat, quin eis beneficia quibus est annexa communicent, sicut neque possunt religiosi vnus canobij religiosus alterius canobij admittere ad electionem sui prælati, vt decidit expressè *cap. consuetud. 47. de elect.* Quia nullus religiosus nomine proprio eligere potest prælatum alterius monasterij ab eo in quo est. At si non in perpetuum, sed pro vna, vel altera vice velit canonici alios clericos extraneos admittere, placuit Abbatibus in *cap. cum vicentibus num. 3. de elect. & in cap. scriptum est. de id fieri possit consentit Lamb. de iure patron. quæst. 3. in fine. a. 17. a. num. 3. August. Barbosa 1. p. de potest. Epif. tit. 1. cap. 3. num. 44. ubi alios refert. Mouen*

cap. cum vicentibus, cap. scriptum. Verum hi textus solum probant admitti posse extraneos tanquam procuratores, vel compromissarios, vt nomine electorum electionem celebrent, at nullum est verbum in supradictis textibus indicans posse illis potestatem eligendi nomine proprio communicari. Neque deest ratio hæc impossibilitatem probans, quia iure statutum est electionem faciendam esse à capitulo, vel collegio: si autem capitulum, vel collegium alios secum admittet electores, iura præscripta violaret. Ergo affirmandum est neque in perpetuum neque pro vna vice duntaxat posse canonicos secum alios electores ad eligendum admittere, tametsi vocem suam illis possint communicare, vel in illos compromittere.

5. Ab electione excluditur impubes, hoc est qui 14. annum non compleuerit: quia non censetur sufficientem iudicij discretionem habere, *cap. ex eo de elect. in 6. & in Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, qui 22. ann. non attingit, cum hæc ætatem habere necessario requiritur ad vocem habendam in capitulo, vt dictum est.* Item excommunicatus maioris excommunicationis, *cap. illa. de electione & suspensus ab officio, ex cap. cum dilectus. de consuetud. & interdictus sacris. cap. cum inter. de electione. & irregularis c. qui de sentent. excom. in 6.* Atque idem est de eo qui facta fecit in loco interdicto, *ex suprad. cap. qui de sentent. excommunicat. in 6.* Ii omnes ab electione excluduntur, debent tamen esse suspensi, excommunicati, interdicti, & irregulares declarati; alias valida erit eorum electio, quousque infirmetur, vt latius dicemus *tract. de excomm.* Item excluduntur à potestate eligendi, si omnes electores scienter elegerint indignum, *cap. cum in curiis. c. Victorienfis. cap. cum importuit de electione. & cap. quamquam eodem tit. in 6.* Dixi cum omnes eligunt indignum, nam si aliqui dignum eligunt, tametsi minor pars eligentium sit, electio illorum manet firma, excluda electione maioris partis, vt pote de indigno electo, *cap. quamquam. & ibi gloss.* Insuper excluduntur ab electione pro tempore trium annorum, qui per abusum ciuiliu potestatis electionem celebrant, quod contingit cum laicos ad electionem conuocant, constat ex *c. quisquis. de electione. & ibi gloss. verbo absum.* Deinde priuantur à potestate eligendi, quia intra tres menses à iure præscriptos non elegerunt, *cap. qui pro defectu. de electione. cap. ex eo quod §. in Ecclesiis. de electione, in 6.* Quæ omnia intelliguntur de electione pastoris Ecclesie Cathedralis, vel collegiatæ, vel conuentualis, secus de electione ad alia beneficia, de quibus text. supradicti non loquuntur. Verum ex supradictis textibus non leue argumentum sumitur ad electionem aliorum beneficiorum, vt in illis id ipsum dicatur.

§. II.

Quem debeant electores eligere, & intra quod tempus.

1. Debet dignus eligi.
2. Affirmant aliqui ob peccatum mortale reddi eligendum indignum.
3. Distingendum est de peccato notario, & occulto, & affirmandum peccatorem notarium esse indignum, secus occultum.
4. Quis censetur dignior ad beneficium.
5. An ex dignis debeat dignior, eligi; Præmittuntur aliqua cetera.
6. Ex vi institutionis beneficiorum negant plures esse obligationem eligendi digniorem.
7. Aliqui distinguunt de curatis beneficiis, & simplicibus, & in curatis hæc agnoscunt obligationem, secus in simplicibus.
8. Probabilis est in omnibus beneficiis obligationem esse eligendi digniorem.
9. Eius satis argum. prima sententia.
10. Limitatur conclusio in patronis laicis tam fundatoribus beneficiorum, quam fundatorum successoribus.
11. Limitatur secundo in resignatione, & permutatione beneficiorum.
12. Limitatur tertio, casu, quo dignissimus eligi non possit.
13. Limitatur, quarto nisi Ecclesia vilius foret digniorem præfermittere, vt Ecclesia magis indigenti præferretur.
14. Quid dicendum in electione prælati religioforum?
15. Quid in electionibus ad officia secularia?
16. An pater, vel mater institutus maioratum retineatur indigenti filio instituere.

Certum est debere eligere dignum hoc est qui munus suum rite præstare possit: aliis electio nulla erit. Quapropter nullo modo licet eligere excommunicatum ex communicatione maiori, suspensum, interdictum, aut irregularem; quia ij omnes exclusi sunt ab administratione spiritualium, & tradunt omnes.

2. Solum